



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 27. Felix a Sfortiæ Oratore vanis promissis delusus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. vasit, postquam Venetorum partibus accesserat. Incurrebat insuper Eugenii indignationem ob usurpata quædam Romanæ Ecclesiæ bona, quæ Pontifici, licet summis urgeretur precibus, prius restituere recusaverat, postea tamen reddere compulsus est. Hæc itaque iniquo ferens animo Sfortia, dimisso Eugenio ad Felicis partes transire constituit. Huncque in finem Thomam de Rieti primo Lausanam, dein Basileam alegavit, qui cum Felice ageret.

## §. XXVII.

*Felix a Sfortiæ Oratore vanis promissis delusus.*

Orator, ubi Basileensium conventum acceſſerat, in Eugenium innumeræ protulit calumnias, Basileenses vero Ducis sui nomine quatuor pollicitationibus lactavit. I. Venetos, Florentinos, & Genuenses in Felicis obsequium juraturos. II. Sfortiam evoluto Mense Junio bello petiturum, quemcunque Felix imperaret, aut compescendum judicaret, dummodo privilegia, vi quorum magnus Ecclesiæ Romanæ Vexillifer esset, ab Eugenio sibi antehac concessa confirmarentur. III. Eundem intra duos menses Romanam urbem, atque Ecclesiæ Provincias occupaturum, Felici demum asserendas.

rendas. IV. Denique, Eugenium capti- Sæcul. XV.  
vum a Sfortia Felicis manibus traden- A. C. 1442.  
dum. Pro se vero vicissim a Basileensi-  
bus postulavit, ut tredecim aureorum  
millia singulis mensibus sibi numerarent  
ad alendos mille pedites, & quatuor e-  
quitum millia, præterea ut in pacifica  
possessione Tuderti, Assissii, & Tuscanellæ  
cum tribus aliis civitatibus relinquere-  
tur. Horum quoque promissorum Ge-  
nuenses Mercatores idoneos fore sponso-  
res jactitabat. Felix æque, ac Basileen-  
ses speciosis promissis excæcati, tanta fi-  
ducia triumphabant, ut proxime immi-  
nentis Norimbergensis Conventus exitum,  
quiscunque demum esset, parum curare  
viderentur: verum optimas hasce spes  
sinister eventus fefellit.

### §. XXVIII.

#### *Neapolis ab Alphonso occupata.*

Tandem Alphonsus Regni Neapolitani *Æneas Sylv.*  
possessionem adeptus est, Romanis <sup>cap. 65.</sup>  
Pontificibus, qui se supremos hujus Re- *Mariana* <sup>1</sup>  
gni Dominos dicebant, nequicquam re- <sup>lib. 22. c. 17.</sup>  
nitentibus. Frustra itidem reclamabant  
Andegaviæ Duces, qui tamen licet legi-  
timi essent hæredes, tum præ virium  
defectu, tum ob Procerum perfidiam ac  
denique propter innatam mobilis, ac in-  
constantissimi populi levitatem a cœptis  
desiste-